



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Vanitas Vanitatum Consideratione Seria Evanescens

Bellegambe, François

Insulis, 1681

laculatoriæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51072)



JACULATORIÆ.

Loquere, Domine, quia audit ser-
vus tuus. (a)

Beatus homo, quem tu erudieris
Domine. (b)

Vias tuas, Domine, demonstra mi-
hi: & semitas tuas edoce me. (c)

Dirige me in veritate tua, & doce
me: quia tu es Deus Salvator meus (d)

Emitte lucem tuam, & veritatem
tuam. [e]

Servus tuus sum ego: da mihi intel-
lectum, ut sciam testimonia tua. [f]

Faciem tuam illumina super servum
tuum; doce me justificationes tuas. [g]

Averte oculos meos ne videant va-
nitatem.

Inclina cor meum in testimonia tua,
& non in avaritiam. [h]

Narraverunt mihi iniqui fabulatio-
nes: sed non ut lex tua. [i]

(a) I. Reg. 3. (b) Ps. 93. (c) Ps. 24.
(d) Ibid. (e) Ps. 42. (f) Ps. 118. (g) Ibid.
(h) Ibid. (i) Ibid.

28 JACULATORIÆ.

Notam fac mihi, Domine, viam,
in qua ambulem: quia ad te levavi
animam meam. (k)

Eripe me de luto, ut non infigar. [l]

Vanitatem, & verba mendacia longè
fac à me. (m)

Quid enim mihi est in cælo? & à te
quid volui super terram? Deus cordis
mei, & pars mea Deus in æternum. (n)

Et nunc quæ est expectatio mea?
Nonne Deus? & substantia mea apud
te est. (o)

O æterna Veritas, & vera Charitas,
& chara æternitas! Tu es Deus meus,
tibi suspiro die ac nocte. (p)

O Veritas lumen cordis mei, non te-
nebræ meæ loquantur mihi. (q)

Quis mihi dabit acquiescere in te?
Quis mihi dabit, ut venias in cor
meum, & inebries illud, ut obliviscar
mala mea, & unum bonum meum
amplectarte? (r)

Dulcesce mihi dulcedo non fallax,
dulcedo felix & segura. (s)

Solus enim tu es jucunditas; amari-

(k) Ps. 142. (l) Ps. 68. (m) Prov. 30. (n) Ps.
72. (o) Ps. 38. (p) August. L. 7. conf. c. 10.
(q) L. 12. conf. c. 10. (r) L. 1. conf. c. 5. (s) L.
2. conf. c. 1.

JACULATORIÆ. 29

tudine plenus est mundus. (t)

Fac me, duleis Christe, bone Jesu,
fac me, rogo, amore & desiderio tuo
deponere onus carnalium desideriorum,
& terrenarum concupiscentiarum. (u)

Domine, incurvatus sum, & non pos-
sum nisi deorsum aspicere: erige me,
ut possim sursum intendere. (x)

Serò cognovi te, Veritas antiqua:
serò te cognovi, Veritas æterna. (y)

Serò te amavi, pulchritudo tam an-
tiqua & tam nova; serò te amavi. (z)

Da mihi te Deus meus, redde te mihi.
En amo, & si parum est, amem te
validiùs. (aa)

O ignis, qui semper ardes, & nun-
quam extingueris, accende me. O
lux, quæ semper luces, & nunquam
offuscaris, illumina me. O utinam
arderem ex te! (bb)

Mel meum, lumen meum, meum-
que desiderium Christus est. (cc)

O quando finis horum malorum?
quando liberabor à misera servitute vi-
tiorum? quando ero sine omni im-

B iij

(t) in Ps. 85. (u) Manual. c. 5. (x) ib. c. 31.

(y) Soliloq. c. 33. (z) L. 10. Conf. c. 27.

(aa) L. 13. Conf. c. 8. (bb) Soliloq. c. 34.

(cc) Hieronym. ep. ad Neporianam.

30 JACULATORIÆ.

pedimento in vera libertate ? (dd)

Ego eram cæcus , & non cognovi , donec illuminasti me. Nunc igitur lux animæ meæ , Domine Deus meus , vita mea , per quam vivo , lumen oculorum meorum , per quod video : en illuminasti me , & cognosco te. (ee)

Tu es solus Deus meus , Creator meus benignus , qui amas animas nostras : & nihil odisti eorum , quæ fecisti. [ff]

Totus eram in morte , totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id , quod vivo : & totus totum me tibi offero. [ff]

En , ô Rex supreme , ac Domine univerforum , tuâ ego , licet indignissimus , fretus tamen gratia & ope , me tibi penitens offero , mea que omnia tuæ subijcio voluntati. [gg]

(dd) *Komp. de imit. L. 3. c. 48.* (ee) *August. Soliloq. c. 18.* (ff) *Ibid.* (gg) *Ignat. 1. Exercit. 2. hebdom.*